
P r a e f a t i o

Ratio, quam auctores mathematici in expla-
nandis primis doctrinae de numeris expo-
nentialibus elementis, sive definitiones, sive
propositiones spectes, sequuntur, usque adeo
omnibus communis est, ut magnopere ve-
rear, ne quis me hanc Matheseos partem
methodo paulo accuratiori pertractare vo-
lentem, tot tantorumque virorum auctori-
tatem spernere, meisque viribus, quas mihi
esse pertenuis ultro fateor, aequo amplius
fidere existimet. A qua quidem alios vili-
pendendi, sibi que blandiendi consuetudine
nemo me potest esse remotior, ut qui id ne-
que amicitiae dare, neque a memet ipso im-
petrare potui, hasce ut pagellas juris pu-
blici facerem. Impetravit tandem, quod so-
lum a me impetrare omnia potest, viro-
rum, quorum praeclara mathematicarum